

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 7. Respondetut præcipuis argumentis aduersariorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

se ipso, id est, ex suo placito præmouet effaciter ac actum peccati, ea præmotione, cui voluntas non potest resistere. Denique Deo cōcūrēdo tantum ex officio causæ primæ ad actum peccati, quem aliqui deflatur, & seuerè prohibet, & ad eum vitandum horatur, iuiaque suis inspirationibus, & alijs auxilijs, non est causa malitiæ. Quia denominatio malitiæ formalis, & culpabilis, non oritur nisi ex eo quod aliquis scienter, & liberè contra debitum operatur, ac respectu Ius, qui sic operatur. Quo pacto Deus nō se habet ad actum peccati, ad quem potius concurrevit ex debito causæ primæ, veritatem invitus quodammodo, & coactus seruire hominum peccatis, ut loquitur Scriptura Isaia. 43. v. 24. Ne vultus tuæ libertatis causis secundis admittat, & laudé specialē in eo cōsistēt quod potuerint transgredi, & transgressio nō fint: id est, potuerint male operari: & tamē à male operando abstinerint, aut bene operari sint.

Non satis facit etia argumento proposito n. 51, id quod respondent aliqui recentiores Thomistæ, Deum quidem non prædefinire peccata prædefinitione positiva, ponendo motionem aut aliud, quod sit causa peccati, ut euincunt rationes iam alligæ: sed prædefinitione tantum negativa, subtrahendo auxilium, & relinquendo voluntatem sine auxilio efficaci, sine quo flectetur necessariò in malum ac necessariò cadit: Et Deum præficeret, & infallibiliter peccata hominum, & Angelorum in eiusmodi prædefinitione negativa. Non satis facit, inquam: quia si voluntas destituta illo auxilio necessariò cadit, & quidem tanta necessitate, quanta est Dei non falli in sua præscientia, id est, metaphysica, & absoluta necessitate: sequitur, voluntatem nō cadere libere, adeoq; non peccare, quia est metaphysicæ, & absolute impossibile non cadat. Et non est libertas ad impossibile. Deinde si Deus relinquit maiorem hominum partem sine auxilio, sine quo necessariò flectetur in malum, & necessariò cadere necessitate antecedenti, orta ex defectu alicuius principij necessarij ad non cadendū quoniam pacto verum est Deum velle omnes homines saluos fieri, ut dicitur. 1. Timoth. 2. Cū nō velit id, sine quo necessariò sunt perituri, decretus tq; subtrahere auxilium, quo subtracto, sunt necessarij casuri? Quoniam, inquit, pacto dicereur Deus moraliter velle eos saluos fieri, quos vult eo modo deserere, quo quisvis deseretur antecedenter, esse necessariò periturus? Certe moraliter nullus hominum diceretur velle profectum filij, cui subtraheretur, sine quibus necessariò nullus proficeret, impotens antecedenti orta ex defectu alicuius principij necessarij ad proficiendū. Deniq; velle asequeficienjs medijs, quibus solis impossibile est asequefici, & necessariò nemo asequeretur, est velle impossibile. Deo autem non est triebendum ille volendi modis, quo si vel homo veller, esset ineptus, & insipiens. Quare non datur talis prædefinitione negativa: as-

proinde Deus in illa nō præsit in infallibilitate peccata hominum futura.

Sed neque etiam solum decretu ea permittebatur, prænixa homini malitia, si permittatur abuti sua libertate in talibus circumstantijs, sed etiam est per se sola ratio sufficiens præsciendi peccata infallibiliter, sed requirit diungit scientiæ conditionatā, quā Deus præsciat. Si ponatur voluntas creata in talibus circumstantijs, & permittatur abuti sua voluntate, peccabit. Tunc enim posito decreto ponendi voluntatem creata in illis circumstantijs, & permittente di eam abuti sua libertate, potest ex notitia talis decreti, adiuncta superiori notitiæ conditionata, inferri ergo voluntas creata peccabit posita in illis circumstantijs. Ratio vero cur sola notitia decreti permitti non sufficiat, est, quia non imponit necessitatē voluntati, sed est decretum tacite conditionatum permittendi voluntatem creata peccare, & abuti sua libertate si velit. Similiter decretū concurrendi, & decretum præfigiens actus liberè futuros, quamvis per se solum non sit sufficiens ratio præsciendi infallibiliter actus illos, ut ostendimus, valet tamen ad illos præsciendos, præsupposita scientiæ media circa eosdem. Sic enim Deus virtualiter & æquivalenter ratiocinatur: Si ponatur voluntas in his circumstantijs, & ego velle cum ea concurrere, operabur talē actum. Sed volo cum ponni in talibus circumstantijs, & cum illa concurrere, idque me velle cognoscere: Ergo voluntas operabitur talē actum. Item, si voluntas tali modo præueniatur, exercabit hunc actum. Sed prædefinitione, seu decreto, eam tali modo præcipere, & cognoscere quā prædefinitionem. Ergo &c. Atque hoc modo scientia conditionata transit in abitudinem, posito decreto. Sit voluntatis agendo vel permittendo, & effectu futuro.

### SECTIO VII.

Respondeatur precipuis argumentis. Aut priorum.

Contra primam assertiōnem de decreto concurrendi, objetetur primò: Deus non decernit tantum conditionatē concurrendo, si creatura velim operari, sed decernit efficaciter & absolutē cōcurrere. Quia Dei concursus supponit Dei volitionem absolutam & efficaciam ad concurrendū, neq; enim præbēt suum concussum nisi volendo, & libere applicando omnipotentiam ad agendum. Hac autem volitione posita, & præviâ concursus, impossibile est non esse actū creature: quia impossibile est esse illam volitionē, & non esse concussum. Est item impossibile esse Dei concussum, & non esse actū ad quem concurreat, que concussum seu conformatiōem creaturæ, cum qua concurreat. Vnde etiam posita illa volitionē, concusus creaturæ necessariò sequitur. Ergo decretum illud efficax & absolutum concurrendi, est per se solum sufficiens ratio præsciendi, & infallibiliter actum, qui ex illo est nec-

gravis  
difficulter,  
quomodo  
decreto  
concurrit  
dīnō  
prædetef-  
minet?

## 238 Disput. XI. de Deo, Sect. VIII.

sariò seq<sup>nt</sup>uturus. Item, ergo decretum illud prædeterminat physicè voluntatem, quia est aliquid antecedens eius operatio-  
nem, quo posito voluntas ita determinatur ad operandum, ut non possit non operari;  
adéoque necessariò operetur.

Huic argumento alioqui difficili facile e-  
rit respondere, præmissâ verâ & subtili do-  
ctrina quam breviè tradunt Hessius in disp.  
de prædestin. & reprobat, sect. 5. in tertio  
arg. §. Hoc igitur sensu: & in disp. de Gratia  
c. 4. Suar. in opusc. lib. 1. de absol. scient.  
futur. cōtingent. c. 6. Mærat. tract. de Deo,  
disp. 26. sect. 3. & quam denique & fusè e-  
ruditè prosequitur Ioan. Delugo disp. 4. de  
Sacram. in genere, num. 8. vbi docet voluntate  
conditionata, pef<sup>ct</sup> positionem conditiona-  
tis transfire in absolutum voluntatem: simili-  
terq; præceptum, aut votum, factū sub condi-  
tione. Per hoc tamen, inquit, non signifi-  
catur quod illa mutetur in seipso, aut succe-  
dat necessariò alia voluntas de novo quæ sit  
absoluta: sed quod voluntas conditionata,  
tunc perinde moueat, ac si esset absoluta. Re-  
tamest vera ipsa adhuc manet in se conditionata,  
& mo<sup>re</sup> ut vole<sup>re</sup> est conditionata, & per id solùm quod habet ut conditionata. Nam  
iussio, vel promissio, aut oratio conditionata,  
mouet sibi fieri ponendam rem, quando posita est conditio. Sic con-  
ditionati non inducit obligatio, nē tunc solùm  
quod ponitur conditio; sed antea fuit indu-  
cta obligatio, ideoque non potest tolli, quan-  
tunque reuocetur voluntas ante condi-  
tionem posita. Non tamen tenetur aliquis  
ex eo contractu ad ponendum effectum, an-  
tequam ponatur conditio. Non quod non  
est iam tota obligatio, sed quia tota illa obli-  
gatio solùm est ad ponendū effectum, quan-  
do ponetur conditio. Sicut qui hodie pro-  
mittit dare ras librum: modie quidem obli-  
gatur: verumtamen non obligatur ad dandū  
librum hodie, sed cras, ita ut dies crastina nō  
constituat aut compleat obligationem, sed id  
ad quod est obligatio. Sic qui promittit sub  
conditione, ab initio haber, & absolute ha-  
bet obligationem: non tamen ad faciendum  
absolute, sed ad faciendum sub conditione. Ita ut  
conditio non constitut<sup>at</sup> aut compleat  
obligationem: sed sit quasi obiectum obli-  
gationis. Et ideo solet appellari obligatio  
conditionata, scilicet ex parte obiecti. Si  
cuit scientia Dei, quæ cognoscit futura  
contingentia sub conditione, appellari etiam so-  
let scientia conditionata. Non quia in se  
non sit absolute antequam ponatur condi-  
tio, sed quia respicit obiectum sub condi-  
tione. Sic etiam promissio & obligatio in se ea-  
dem est, ante & post impletam condi-  
tionem, & semper respicit idem obiectum sub  
conditione. Vnde merito Sanches lib. 4. in  
decalog. cap. 4. num. 99, cum alijs, docet  
Episcopum post dispensare in votis condi-  
tionatis castitatis perpetuæ, vel alterius ma-  
teriar<sup>um</sup>, reseruare, non minùs post impletam  
conditionem, quam ante. Quia nimis votū

Voluntas  
conditio-  
nata quo-  
modo  
fit in adi-  
lutam, p-  
sita condi-  
tione.

Episcopi  
possunt  
dispensare  
in voto  
conditio-  
nato casti-  
tatis, ante  
& post im-  
pletam co-  
ditionem.

& obligatio in se non mutantur. Quare si-  
cuit ante conditionem illud non erat simpli-  
citer votum castitatis, sed votum castitatis  
secundum quid, id est, sub conditione: sic  
post impletam conditionem, votum non est  
castitatis simpliciter, sed secundum quid, scilicet  
sub conditione. Obligat quidem iam  
ad castitatem, non minùs quam si fuisset ab-  
solutum: & ideo dicitur transire in absolu-  
tum: hoc tamen intelligitur & quia aliter,  
quatenus ratione obligationis conditionata  
non minùs est ponendus effectus, quam si  
fuisset promissio absoluta: in se tamen ma-  
net & in se eadem, & ideo dispensabilis ab  
Episcopo. Hæc Delugo.

Quibus præmissis, ad obiectiōnem propo-  
sitam Respōdeo, negando maiorem cum eius  
probatione. Deus enim non habet duplex  
decretum concurrendi: alterum tacitè sal-  
tem conditionatum, si voluntas creata libe-  
rè velit operari: alterum absolutum & ef-  
ficax: sed tam dicitur ab æternō ac-  
commodare se libertati creaturarum, & illis  
non deset si velint operari. Quod decre-  
tum sufficienter applicat omnipotētiam  
diuinam ad concurrendum, quando creatu-  
ra vult libere operari. Ita vnde in stan-  
ti temporis, naturæ, & rationis, quo creata  
voluntas se determinat ad operandum, po-  
tentia diuina vñ huius decreti simul exeat  
in opus, & concurredit ad fundem actum.  
Quare voluntas creata non necessitat<sup>ur</sup> an-  
tecedenter ad operandum, neque præde-  
terminatur per hoc decretum: sed dominatur  
sue acti. & si Deus, siue habitus natura-  
les aut supernaturales, siue alia auxilia pre-  
requisita, cooperantur voluntati, quia ipsa  
vult libere operari, & si posita conditione  
quod liberè operatur.

Obijcitur secundò: Si Deus habuit de-  
cretum concurrendi conditionatum modo iam  
explicato: ergo natura vel ratione prius est  
creatam voluntatem libere velle sperari,  
quam Deum concurrendi. Falsum est conse-  
quens: ergo & antecedens. Maior proba-  
tur, quia propositio illa conditionalis, Deus  
decrevit concurrendi si voluntas creata operari  
velit, si proprièt<sup>at</sup> suatur, significat aliquam  
prioritatem ex parte voluntatis creatae ad  
actualem Dei concurrencem. Tum quia po-  
sitione conditionis est causa cui voluntas de  
conditionata transeat in absolutam: Ergo  
prius in natura saltem vel ratione, ponit  
conditionem, quam voluntatem transire de  
conditionata in absolutam. Tum etiam quia  
voluntas Petri tecum currendi, si tu cucur-  
ris, non applicat eius potentiam motio-  
nam ad currendum, nisi præuideat se iam  
mouentem ad currendum. Ergo similiter  
Deus præuidere debet voluntatem creataem  
se iati mouentem ad operandum, ut sua ve-  
luntate applicet omnipotentiam ad concur-  
rendum. Minor autem probatur, quia ope-  
ratio causæ secundæ, habet essentialē de-  
pendentiam à cooperatione causæ prima.  
Ergo nullam prioritatem habet respectu

Decretum  
Dei de cō-  
currendo  
non offici-  
libertati  
creatura-  
rum,

61;

Non è  
prius vo-  
luntatem  
creatam  
vello op-  
erari, quia  
Deum vel-  
le concur-  
re,

illius. Item hoc esset facere gratiam naturæ pedestris quam in actibus supernaturalibus, qui non sunt sine speciali & supernaturali Dei concurso.

62. Propter hanc Valentini Hericæ disp. 6. cap. 3. numero 48. non probat omnino modum illum loquendi. Paulus post tamen in eum reincident, cum ait numero 49. in fine §. An vero conditionalis, decretum illud Dei esse simplicem quandam voluntatem quæ vult suæ omnipotentia cooperationem, ad instar cooperationis habitus supernaturalis, non prædeterminantis potentiam, sed tantum simul influentis, & concomitantem operantem eum potentia eliciente actum supernaturale: respicitque etiam ex parte voluntatis, conditionem concomitantem, non antecedentem: nempe quod ipsa liberè velit operari. Quæ operatio, cum sit à Deo, & à creatæ voluntate, totaliter & indubitate, ut à causa partialibus; vna non prius, quam alia, ne ratione quidem operatur: sed andæ simul re & ratione concurrunt: adeo ut non prius voluntas velit, quam Deus cum illa concurrit ad volendum. Equè enim indiget voluntas creata Dei concursu ad volitionem, quæ est prima & immediata ipsius operatio, quam ad quamlibet aliam.

63. Itaque ad argumentum propositum in obiectione, nego sequelam maioris. Ad cuius primam probationem Respondeo, voluntatem conditionatam non transire in absolutam per sui mutationem, ut dixi antea cum Delugo: sed tantum perinde operari, ac si esset absoluta, praesente conditione quam absolute respicit ut obiectum, & ad quam determinatur eius intentio vel obligatio. Ita ut sensus illius decreti non sit, volo operari, si voluntas creata natura vel ratione prius operetur, aut operari velit sed, volo concurrere cum creatura operante, aut volente operari, & adiungo illi potentiam meam in modum habitus, paratam ad cooperandum quotiescumque operabitur, aut voleret operari.

64. Ad secundam Respondeo, sufficere Deo scientiam conditionatam, per quam ratione prius scit voluntatem creatam esse operaturam, si ponatur in illis circumstantijs, & velit ipse concurrere ad operandum. Hacenam sufficienter voluntatem Dei dirigit ad concurrendum cum voluntate, in illis circumstantijs positâ, & operatâ si Deus concursum non deneget. Petrus autem, quia caret tali scientia, eget aliquo signo, quo intelligat concursum inchoare, ut applicet potentiam suam motuum ad simul currandum.

65. Atque hanc responsi satisfacit etiam tertiam obiectioni, quam sic proponit Suares lib. 1. de concursu Dei cum voluntate, cap. 14. n. 2. Ut voluntas Dei concurrit cum nostra, debet coniungi cum illa in volendo eundem actum. Duæ autem voluntates non possunt coniungi vel conuenire in eodem effectu, pi-

si vel una supponatur, & altera illi consentiat, supponit illius scientia. Vel altera moueat & trahat alteram ut consentiat secum. Nam si alterum horum non intercedat, non potest intelligi quomodo duæ voluntates in aliquid volenda conueniant, nisi forte casu & fortuito. At verò non potest voluntas diuina consentire humana in volendo actu eius, cùd quod præuideat Deus humanam voluntatem habet talem actum, seu hoc vel illud volentem: quia non potest voluntas humana quicquam velle, nisi iam Deus etiam id velit. Vnde illa præscientia Dei supponit necessariò voluntatem Dei iam idem volentem: ergo non potest voluntas diuina consentire humana ex præsuppositione & præcognitione voluntatis humana. Ergo necesse est ut fiat hæc consensio & coniunctio, ex eo quod voluntas diuina efficacitate sua trahit humanam, ut secum consentiat, idque velit quod diuina voluntas eam velle: quod est illam ad volendum determinare, quasi per extrinsecum imperium. Respondeo enim voluntatem diuinam conuenire certissime in eundem effectum cum voluntate creata, per directionem scientie medie, quâ Deus præscivit voluntatem creata esse operaturam si ponatur in talibus circumstantijs, & ipsa velit cooperari; ideoque non esse opus ut vel Deus præuideat absolute voluntatem creatam operari sine suo concursu, quod est impossibile: vel eam trahat sua efficacitate, & prædeterminet ad ordinandum, quod repugnat cum vi liberatis. Addo Denique non velle omnes actus liberi, quo voluntas creata vult. Neque enim vult actus malos & culpabiles, quos odit & prohibet: sed tantum vult eos permiscere, id est, non negare concursum necessarium auctoris secundis, ne desit officio causæ primæ.

Obijciunt quartæ Didacus Alfar. lib. 3. de auxilijs disp. 18. n. 3. 13. & 15. & in response ad sextum argum. alijque Thomistæ, causas secundas, ut operentur, indigere prævio Dei influxu ipsas, quo operantur & applicentur ad operandum: quia cum omnis forma sit actus plurimum admixtus potentia, non habet secundum se tam perfectam actualitatem, quam operatio quæ est actus secundus. Vnde non potest esse principium effectuum talis operationis, quantum suam ultimam actualitatem, nisi prius natura compleatur in sua virtute operativa, per actualem motionem primi agentis. Item causa libertas, cum de se sit indeterminata & indifferetes ad opposita, non possunt habere determinatam operationem, nisi ab aliquo alio mouentur & determinentur. Nam à causa indeterminata non potest effectus determinatus. Denique subordinatio causæ secundæ ad primâ postulat ut secunda non agat nisi in virtute primæ: quare prima debet natura prius agere, & mouere secundâ.

Ad primum Reipondeo negando antecedens. Causa si naturalis est, id est, necessariò operans, positis omnibus ad agentem

Tomus I.

Causa se-  
cunda non  
eget praevio in se-  
ipsum & operetur & determinetur ad ope-  
randum: sed tantum eget Dei concursum ad  
eundem effectum. Si autem libera est, debet

dum præquisitis, non potest non operari,  
ideoque non eget prævio in se-  
ipsum & operetur & determinetur ad ope-  
randum: sed tantum eget Dei concursum ad  
eundem effectum. Si autem libera est, debet  
seipsum determinare, & non eget prævio in se-  
ipsum, quo determinetur. Quod  
si ad aliquos actus eget prævio in se-  
ipsum & auxilio præueniente, ut ad actus supernaturales,  
quos non potest solis viribus suis natu-  
ralibus exercere: auxilium illud præueniens,  
ut sit accommodans humanæ libertati, debet  
esse tale, vero posito voluntas possit non  
operari, & dissentire si velit, ut docet Tri-  
dent. sess. 6. cap. 5. & can. 4.

68. Ad probationem antecedentis Respondeo,  
si per magis perfectam actualitatem, intelligat  
magis perfectam entitatem; falso est  
operationem, sive actum secundum, habere  
magis perfectam actualitatem, quam habeat  
actus primus, qui præsumque secundo perfe-  
ctior est. Sin autem intelligat actum secun-  
dum esse præse actum, & non esse potentiam  
ad agendum, sicuti est actus primus: Respon-  
deo, non inde sequi quod actus primus non  
possit esse principium tali operationis quan-  
tum ad ultimam suam actualitatem, id est,  
quoad suam rotam entitatem, sine prævia &  
actuali motione, nisi agentis, quia virtus il-  
lius operari compleatur. Nam potius video  
actus primus potest producere secundum, quia  
est potentia ad illum producendum. Diceret  
alio quod non est potentia completa &  
sufficiens, sine prævia Dei motione, est ini-  
utiliter præse principium, & assurere ut me-  
diuum probatum, illud ipsum quod provan-  
ditur incumbit.

69. Secundum, Respondeo negando ante-  
cedens: ad cuius probationem dico, à causa  
indeterminata non posse oriiri effectum de-  
terminatum, nisi vel ab alio determinetur,  
vel possit seipsum determinare. Ea verò est  
natura causarum liberarum, ut possit omnibus  
ad agendum præquisitis, possint agere  
vel non agere, id est, ad alterutrum se pro li-  
bito determinare. Causa autem necessaria  
determinantur ad agendum, eò ipso quod  
adsunt omnia ad agendum præquisita: quippe  
quaes illis omnibus possit, non possunt  
non agere: suntque ex natura sua determinatae  
& necessitatae ad agendum in illis circumstantijs.

70. Ad tertium, Respondeo causas secundum, sub  
ordine natas primæ causæ, duplice agere in  
virtute primæ. Nempe quatenus ab ea acce-  
perint virtutem operandi, quæ habent: &  
non agent nisi eadem comunicante, aut con-  
seruante vim illis data, ac concurrente cum  
illa, ad id omne quod operantur. Vnde sequi-  
tur debere quidem primæ agere prius, quam  
agat secunda: quatenus solum natura prius  
debet producere causam secundam, illigere  
vel conseruare virtutem operandi: sed  
non sequitur quod quando concurredit cum se-  
cunda potenter iam operari, debeat natura  
prius illum mouere, aut intuire in effectum:  
quod erat probandum. Quid verò est opus

illa præmotione causis necessarijs, que  
positis omnibus ad agendum præquisitis  
non possunt non agere? Causæ verò liberae  
debent se ipsas mouere & determinare. Ac si  
præmouentur ad aliquos actus liberos, putâ  
ad actus supernaturales, ad quos mouentur  
inspirationibus diuinis & gratijs seu auxilijs  
præuenientibus: debet illa præmotione esse ta-  
lis, ut voluntatem non determinet, sed lo-  
cum relinquit eius libere determinationi, &  
motioni sui ipsius: adeo ut possit inspira-  
tionem & motionem diuinam abijcere, si vellet,  
ut definit Trident. locis sapientis citatis.

## SECTIO VIII.

An ratio cur Deus cognoscat contingentia abso-  
lutæ futura, sit quia sunt Deo realiter  
ab aeterno praesentia?

A Firmans Caet. p. 14. a. 13. §. Ad ha-  
bentes obiectiones: Batitez ibid. §. Antequam, &  
concl. 4. Fetrar. lib. 1. contra Gentes, c. 66. Batitez.  
& 67. Abulensis. in c. 11. Iosue, q. 68. & 76. Batitez.  
Cathar. in opuscul. de præscientia, Cumel To-  
mo 1. variagum, in disputacione, Veram Deus Cathar.  
habebat scientiam futurorum contingentium, dubi- Cumel.  
1. annexo ad 4. conclusionem, Aluarez lib. Aluarez.  
2. de auxilijs discut. 8. Ledesma disp. 2. de Ledesma.  
scientia futurorum conting. dub. 1. ad secun-  
dum argumentum difficultatis principalis: Nazar. Gonçales Nauarret. & alij Recentio-  
res Thomistæ communiter, qui principiū  
moventur ad ita opinandum authoritatem D.  
Thomæ: putant enim hanc esse germanam ipsius sententiam a. 13. q. 14. Addunt aliqua  
testimonia Patrum, & rationes, quarum  
principias infra subjiciemus.

Contraria & vera sententia est communis rea-  
liquorum Theologorum, ut faceretur Batitez.  
Supra Ita enim tenet Alexander Alesius, D. Deuton.  
Bonavent. Scot. Durand. Aureol. Gregor. cognoscit.  
Ariminens. Gabriel. Corduba, & alij quos tingent  
citant & sequuntur Suares lib. 1. de scientia  
futurorum conting. cap. 7. n. 4. Vasq. 1. p. futura  
disp. 64. c. 3. Fasolus q. 14. art. 13. dub. 8. præsentia  
Arrubal disp. 41. c. 4. Hereticus disp. 6. n. 56. Sua.  
& alij scriptores nostra Societatis. Probatur  
evidenter, primum, quia quod non est realiter  
ab aeterno, non est Deo præsens realiter ab aeterno.  
Hed futura non sunt realiter ab aeterno.  
Ergo illa præstitia, quæ falsa est, non est  
De ratio cognoscendi futura contingentia.  
Minor est certa fide diuina, quæ docet omnia Nulla res  
creata ceperisse esse realiter, seu existere in creata est  
tempore, quia fugrunt in tempore producta:  
producit autem est accipere esse realiter, in  
principio creavit Deus celum & terram, Genes.  
1. v. 1. Dominus posedit me in initio viarum sua-  
rum, antequam quicquam faceret a principio. Ab  
eo in ordinata sum, & ex antiquis antequam  
terra fieret, Proverb. 8. Prinquam montes  
fierent, aut formaretur terra & orbis, a se-  
culo & usque in seculum tu es, Psalm. 89.